



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

191. Parabola trigesima prima. De invitatis ad cænam magnam.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO CXCI.

Parabola XXXI. De invitatis ad cœnam magnam. X. Notata.

I. **H**omo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos. Et misit servum suum horâ cœnæ dicere invitatis, ut venirent, quia jam parata sunt omnia. *Luc. 14. v. 16. & 17.*

II. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam: Rogo te, habere me excusatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo probare illa: Rogo te, habere me excusatum. *Luc. 14. v. 18. & 19.*

III. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum venire. Et reversus servus, nunciavit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit servo suo: Exi citò in plateas & vicos civitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. Et ait servus: Domine, factum est, ut imperâsti, & adhuc locus est. *Luc. 14. v. 20. 21. 22.*

IV. Et ait dominus servo: Exi in vias, & sepes: & compelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico autem vobis, quòd nemo

viro-

D. N. IESU CHRISTI. 177
virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit
coenam meam. *Luc. 14. v. 23. & 24.*

MEDITATIO CXCII.

*Parabola XXXII. De decem virgini-
bus, quarum quinque prudentes,
quinque fatuæ.*

I. Simile est regnum cælorum decem vir-
ginibus: quæ accipientes lampades
suas, exierunt obviam sponso & sponsæ.
Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quin-
que prudentes. Sed quinque fatuæ, acce-
ptis lampadibus, non sumpserunt oleum
secum: prudentes verò acceperunt oleum
in vasis suis cum lampadibus. *Matth. 25.
Vers. 1. 2. 3. 4.*

II. Moram autem faciente sponso, dor-
mitaverunt omnes, & dormierunt. Mediâ
autem nocte clamor factus est: Ecce spon-
sus venit, exite obviam ei. Tunc surrexe-
runt omnes virgines illæ, & ornaverunt
lampades suas. *Matth. 25. v. 5. 6. 7.*

III. Fatuæ autem sapientibus dixerunt:
Date nobis de oleo vestro, quia lampades
nostræ extinguuntur. Responderunt pru-
dentes, dicentes: Ne fortè non sufficiat no-
bis & vobis, ite potius ad vendentes, & emi-
te vobis. Dum autem irent emere, venit

H 5 spon-